Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus de bono, Fragment - Cod. Aug. Fr. 161

[S.l.], [13. Jh.]

urn:nbn:de:bsz:31-3369

Aug. CCXI

que [illegible] finis est. ut dictum est.
videtur autem hiis quidem secundum se bonum
esse. hiis autem apparens bonum. quibus
sit autem voluntabile esse per se bonum
dicentibus non esse voluntabile quod vult
qui non recte vult. si enim erit volun-
tabile et bonum. sed autem sic contingit quod
malum. Rursus autem apparens bonum
voluntabile secundum unicuique quod videtur. ali-
i autem aliud videtur. et si sic contingit contra-
ria autem utique. Hec non placent. quod dicendum si-
mpliciter quidem et secundum veritatem voluntabile
esse per se bonum. unicuique autem quod vide-
tur. studioso quidem quod secundum veritatem esse. pra-
vo autem quod contingit quemadmodum et in corporibus
bene dispositis sana quidem sunt secundum ve-
ritatem talia existencia. laborantibus autem altera.
similiter autem et amara et dulcia et calida
et gravia et aliorum singula. studiosus enim
singula iudicat recte. et in singulis ve-
rum [illegible] secundum unumquemque enim habitum
[illegible] bona et [illegible]
[illegible] plurimum forsitan studiosus hec ve-
rum in singulis videns quasi regula et mensu-
ra horum existens. In multis autem decep-
cio [illegible] videtur. non enim existens
[illegible] apparet. Eligunt igitur delectabile ut
bonum tristiciam autem fugiunt ut ma-
lum. [illegible] quidem voluntabili
[illegible] fine. consiliabilibus autem
et eligibilibus eorum que ad finem. que circa
hec operaciones secundum eleccionem erunt utique
et voluntarie. virtutum autem operaciones
circa hec. In nobis enim virtus. similiter autem et
malicia. In quibus enim in nobis operari

et non operari. et in quibus non. et et quibus
si operari existens bonum in nobis est. et
non operari in nobis erit malum existens. et
si non operari bonum existens in nobis. et opera-
ri malum existens in nobis. Si autem in
nobis bona operari et mala. similiter autem
et non operari. hec autem erat bonos et ma-
los esse. in nobis erit [illegible] et pravos
esse. Dicere autem quod nullus volens malus
neque nolens beatus. assimilatur hic quidem
falso. hic autem vero. beatus quidem
nullus nolens. malicia autem volun-
tarium. Vel iam nunc dictis dubitandum
et hominem non dicendum principium esse neque gene-
ratorem operacionum quemadmodum et natorum. Si autem
hec videntur et non habemus in alia prin-
cipia reducere preter ea que in nobis. quorum
et principia in nobis. et hec in nobis et volun-
taria. Hiis autem et videntur testificari et
privatim a singulis et ab ipsis legis la-
toribus. puniunt enim et castigant operantes
mala. quotquot non vi aut propter igno-
ranciam cuius non ipsi cause. bona autem
operantes honorant. velut hos quidem
provocantes. hos autem prohibentes. et quan-
cumque non in nobis sunt neque voluntaria
nullus provocat operari. ut nichil autem
opus existens suaderi puta si calefieri
vel dolere vel esurire vel aliud quodcumque tali-
um. nichil enim melius paciemur hec. Et
enim in ipso ignorare puniunt. si causa esse
videatur ignorancie. puta ebriis dupli-
ces increpaciones. principium enim in ipso. dominus
enim est eius quod est non ebriari. hec autem
ignorancie causa. Et ignorantes aliquid eorum

CM 0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

V

quam in legibus que oportet scire · et non diffi
cilia sunt · Puniunt · similiter autem et
in aliis quecumque propter negligentiam ig
norare videntur · ut in ipsis existente non
ignorare · huius enim est diligentem
esse dominum. Sed forsitan talis aliquis
est ut non diligens sit. Sed eius quod est
tales fieri ipsi causa viventes remisse
et eius quod iniustos vel incontinentes esse.
hii quidem mala facientes · hii autem
in potationibus et talibus degentes. que
enim circa singula operationes tales faciunt.
hoc autem manifestum ex meditantibus ad
quamcumque agoniam vel operationem · perficiunt
enim operantes. ignorare quidem igitur quoniam
ex operari circa singula habitus
fiunt · penitus insensibilis. Adhuc autem ir
rationabile iniusta facientem non velle
iniustum esse · aut stuprantem incontinen
tem. Si autem non ignorans aliquis
operatur ex quibus erit iniustus volens
iniustus utique erit · non tamen si vo
iniustus existens quiescet · et erit
iustus. Non enim qui egrotat sanus
et si sic contingit volens egrotat · et in
obediens medicis · tunc quidem ei licebat
non egrotare · emisso autem non adhuc
quemadmodum neque dimittenti lapidem adhuc ip
sum possibile resumere · sed tamen in ipso
iniecere et proicere · principium enim in ipso · sic
autem et iniusto et incontinenti ex principio
quidem licebat tales · non fieri · propter quod vo
lentes sunt · factis autem non adhuc in
est non esse. Non solum autem a
nime malicie voluntarie sunt sed

quibusdam et que corporis · quos et increpa
mus · propter naturam enim turpes nullus incre
pat · sed eos qui propter desidiam et negli
gentiam · similiter autem et circa inbe
cillitatem et turpitudinem [illegible] orbitate
nullus enim utique improperabit [illegible] natura
ex infirmitate vel ex plaga · sed magis mise
rebitur. Eum autem qui vini potatione
vel alia incontinentia · omnis utique improperab
eorum autem que circa corporis malicia
que in nobis sunt increpantur · que autem n
in nobis sunt non · Si autem sic et in ali
que increpantur utique malicie in no
erunt utique · Si autem quis dic
quoniam omnes desiderant apparens bonu
fantasie autem non domini · sed qualiscumque
unusquisque est talis · et finis videtur e
sic quidem igitur sibi unusquisque habitus
causa et fantasie erit · qualiscumque
ipse · Si autem nullus sibi causa eius quod e
malefacere · sed propter [illegible] fini
hec operatur · propter hec existimans sibi
optimum fore · finis autem appetitio n
spontanea · sed innasci oportet quemadmodum
visum habentem quo iudicabit bene et
quod secundum veritatem bonum desiderabit · et b
natus cui hoc bene innatum est [illegible]
habebit · et quidem bonum et optim
hec innata esse perfecta · et vera erit
nativitas bona · Si utique hec sun
vera · quid magis virtus quam mali
cia erit voluntarium · ambobus enim
similiter et bono et malo · finis natur
vel qualitercumque videtur et iacet [illegible]
ad hec referentes operantur qualitercumque

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg